



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Libri de statu hospitalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

eleemofina faciunt, datur illis hæc merces ex illa eleemofina.

Libri de statu hospitalium.

In ijs libris, præsertim de locis pijs, inter alia describatur summatim hæc, si possit.

Foundationes.

Erectiones.

Confirmationes.

Statuta.

Regulæ.

Priuilegia.

Ad quem spectat confirmatio, electiove

Præfectorum, seu Deputatorum.

Ordinationes quæcunque.

Libri status Ecclesiarum Regularium.

In Ecclesiarum Regularium statu, describat etiam hæc præter alia.

Redditus em-
phiteotici.

Redditum Monasterij summatim.

Numerum Religiosorum qui consueverunt ibi morari.

Tum inter illos quot sacerdotes.

Quot Missæ quotidie celebrentur communiter.

Libri status Monialium.

In statu verò Monialium, siue exemptarum, siue quouis modo subiectarum iurisdictioni Archiepiscopi, describat constitutionem numeri earum factam ex Decreto Trident. & Congregationis; & quando; & à quo facta sit; & quomodo de ea constet.

Tum etiam an consueverint retinere puellas educendas.

Libri de iuribus Archiepiscopalibus.

De iuribus autem Archiepiscopalibus, præter librum Inuentarij bonorum & Iurium Mensæ Archiepiscopalis, habeat hos etiam libros, & scripturas.

Librum authenticum omnium instrumentorum ad mensam Archiepiscopalem pertinentium hucusque factorum, cum indice.

Item alium similem authenticum om-

nium eorum quæ deinceps fient, cum indice.

Librum etiam Inuentarij scripturarum authenticarum, & instrumentorum omnium, de fictis libellariis, decimis, & aliis quibusque ad eandem mensam pertinentibus, cum indice alphabetico ordine materiarum.

Habeat etiam libros infra scriptos ad Vallem foldam pertinentes.

Librum, in quo sint registrata iura Archiepiscopalia in illam Vallem.

In alio libro Statuta Vallis, & Priuilegia, Reformationes, & Decreta Archiepiscopalia, proclamata & edicta.

In alio libro.

Deputationes Auditorum.

Prætorum.

Fiscalium.

Notariorum.

Syndicorum.

Habeat Registra literarum ad illa loca in regimine temporali.

Filcias literarum ab illis partibus ad Archiepiscopum, & Auditorem.

Registrum gratiarum, licentiarum, & expeditionum.

Librum Memorialium summarium.

Eilciam Memorialium inde ad Archiepiscopum, vel ad ministros eius.

Habeat libros & scripturas ad iurisdictionem Archiepiscopalem aut Ecclesiasticam pertinentes, vt infra.

Libros processuum singulorum expletorum, cum indice alphabetico causarum principaliter respicientium ipsam iurisdictionem expressè, vel eius violationem directè, non autem incidenter.

Filcias informationum, literarum patentium, & aliarum scripturarum ad id pertinentium.

Acta Congregationum super huiusmodi causis.

Registra literarum ad Urbem Romam super his.

Filcias literarum super his ab vrbe Roma factas super his; seriem cuiuscunque causæ gravioris in librum relatum, etiam quò ad registra, & filcias literarum, & alias eiusmodi scripturas.

Indicem Causarum, & processuum, & scripturarum, quæ indirectè pertinent ad